



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

124 Hominis vita est inaestimabilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

dum Vicariatus munere fungerem in Episcopatu Vercellensi , & diocesina visitarem , in illius agro plura oppida , & castra depopulata , incolisque spoliata , ac fere derelicta , comperti , & à quamplurimiis incolis , & laborantibus præmissa accepi : est enim valde absurdum , ut voracitate quorundam , qui ex semine , & cultura orizæ ubiores fructus percipere prætendunt (licet Dei judicio quandoque decocti , & fugitiivi recedunt) oppida , & castra devastentur , & propterea , ut homines pereant , † cum hominum gratia omnia sint constituta , §. in pecudum in fin. ff. de usur. & Bart. in l. 1. numer. 1. ff. de stat. hom.

122 Homo enim † est dignissima creaturarum. justissima juncta, gloss. in ver. dignitatem, de ædil. edit. Ideo formavit illum Deus ad imaginem suam Genes. 1. & c. 2. de homicid. l. si quis in metallum. C. de pœnis cum pluribus alijs per Cepoll. in dicta l. justissime alleg. Matth de Affl. &c. in constitut. Règni, lib. 2. rubr. 67. de Sacram. pœn. bajul. §. de Burgensatibus , numer. 12. Unde Ovid.

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os hominum sublime dedit , eæcumque videre.

Inßit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Et Virgilius :

Igneus est illu vigor, & colectis origo.

123 Propterea homini † omnia subiçuntur. Genes. capit. 1. & Psalm. 8. vers. omnia subiecisti. Nam ipse est compendium omnium rerum , quæ à summo opifice creatæ fuere : viderat enim ille supremus artifex , omnia frustra fuisse creata , nisi illis norma daretur , & suis , ad quem

res illæ , & universa mundi machina creata fuerat. Ideo fecit Deus hominē , tanquam normam omnium rerum , ad cuius finem orania disponerentur , ut in §. in pecudum , & ibi etiam gloss. insit. de rer. devis. Lud. Gomel. in §. supereft. num. 13. circa fin. insit. de action. & cum hominis vita res sit inestimabilis l. fin. C. de ijs qui dejecer. vel effud. Matth. de Affl. &c. super confit. Règni, lib. 1. de clandest. homicid. §. si damna. n. 11. illius maxime est habenda ratio. Ideo Principes , & magistratus minimè indulgere debent privatæ paucorum utilitati ori- zana seminarantium in totius universitatē præjudicium.

125 Nam † prius debent Recipublicæ , quam singulorum utilitatem , & commodum præ oculis habere , cum publica utilitas privatæ sit præferenda. c. sc̄as frater. 57. qu. 1. l. pen. C. de primipil. lib. 12. l. pen. ff. de pri- vil. cred. & Bart. in auth. de hered. & fal- cid. num. 4. Quare ad salutem corporum tuendam de aeris statu , & optimâ ejus qualitate conservanda impense est invigi- landum ; nam toti † in aere verlamur , & vitam in eo ducimus , ita quod sine haustu spiritus ultra horas septem , sine cibo , ultra totidē dies vita non durat. Macrobi. in s̄m. sc̄p. lib. 1. c. 6. circa fin. & qui ut experientia monet , si gravis sit , & corruptione obnoxius , quod maximè sit ex gravi stagnorum , lacunarumque esfatu , ut exhalatio ne innumeris morbis mortales inficiat , & extrellum vita diem approparet. Unde verlus.

Si cupis incolamem vitam traducere , ca- lum
Effuge corruptum nebulis , nidore , lacunā .
Quodque moveat madidus morbos Afri-
cus auris.

Hinc